



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

COLLAT I O XXIX.

solutum Ihesum ex Deo non est, & hic est antichristus de quo audistis, quoniam uenit, & nunc iam in mundo est. Ex quo manifester est, quum missa cum omnibus suis ceremonijs, prout iam est in usu, eo tempore non sic inueniatur instituta, ideo Danielis dictum dimitto in suo ualore, & in sua relinquo ueritate manere. At intellectum iugis sacrificij, quod illud nihil aliud sit quam missa, quum dictum sit ueteris testamenti, requirit clarius & lucidius dictum noui testamenti ad hoc clare firmandum.

D. E C K I V S.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe Amen. Quia prædicens Bernensis ultimo cōtemptibiliter dixit me nō esse uirū talem amice demitto ut uerba sint, nossem em & ego eiusmodi seruo & sibi cōpetente uestem adaptare. Ad rem aut̄. Hodie auditus est uerus Pauli intellectus in epistola ad Hebr. quumq; dñs Berchtoldus unicū dumtaxat modū nouit sacrificandi cū morte uidelicet eum informauī, & adhuc aliam esse offerēdi formā absq; sanguinis effusione. Nullā alia dicit Christi oblationem esse quam cum morte, scđm Pauli doctrinā, quod in Paulo nunq; reperiet. Dicit me opinione meā probasse uerbo Christi, Hoc facite in meā cōmemorationē, quod non sic est factum. Ideoq; non recte cōcepit, quod ea uerba ad illud ponderandū adsumperim. Quum aut̄ aduefas spiritū sanctum illud uerbū hoc &c. ita uult cogere, ut facite dumtaxat tendas ad manducare, quod claro textui contrariat̄, peto ab eo scire, quia ab apostolo & temporibus in catholica Christiana ecclesia in usu fuit cōsecratio uenerabilis sacramenti. Ipseq; nolit dilectū dñm nostrum Ihesum, tale quid mandasse in his uerbis, Hoc facite &c. quod illam mihi in scripturis ostēdat, uel certe secundū suam opinionē, quium in scripturis non sit, necessario sequitur fictum & excogitatum fuisse.

PRAEDICANS BERNEN.

I N nomine Ihesu Christi, Amen. Sicut principiō dñs meus D. Eckius meos temerarios sermones deducit, dimitto ut

tantum